



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Aegocerotem Emserianvm M. Lvtheri Additio

Luther, Martin

Vuittenberg[a]e, 1519

VD16 L 3646

urn:nbn:de:hbz:466:1-32599



positiones de indulgentiis
Sermo de penitentia
Resolucio disputatio de indulgentiis
Em. Ciceron von dem Ablass
Verlegung & furschs linder den p. linder
Ein p. linder Ciceronis mortuus
ala Caluista prioratus rön röhlyo & Martini
Responso Martini ad dyalogu Siluestri
Resplua Siluestri
Acta Martini Augusti
Disputatio Etkij & p. linder
Disputatio & consilio Martini
Oratio Martini
De ratione disputandi oratio Martini
Praefati Epistola ad d. d. röhlyo & alia p. linder
Resolutio sup hoc de p. linder pape
Alia resolutio de ead p. linder
Resolutio sup hoc de p. linder
Oratio Io lincij p. linder
Disputatio prima Etkij & p. linder de vaba
ad vaba p. linder
Disputatio secunda ead
Disputatio tertia ead
Epistola philippi Melanctoni de ead dispu
Expositio Etkij rön röhlyo philippi
Defensio philippi rön
Concertatio Guauicij & Callary
Epistola Emperij ad Aegerionti
Ad egerionti Emperianu Martini addito
De venatione lutherana

Solomonis doctoris Wittenbergensis
De reformatione Nulli Wittenbergensi &
Nemini. Leipzig & alia quaedam
Contra malignum Jo. Eckii Judicium
Ad Jo. Eckii Epistolam Martini super expungendam
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio pauperum

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harriss. in Byz. Katalog 328.

MARTINIUS LUTHERI HERO

IN MO. T. S. S. S.

Ein in die Welt der Wissenschaften
 und der Kunst, die in der
 Welt der Wissenschaften und der
 Kunst, die in der Welt der
 Wissenschaften und der Kunst,

Ad regentem Universitatis Marburgensis
AD AEGOCEROTEM
EMSERIANVM
M. LUTHERI
ADDI
TIO,

..

L. Othrom Beckmann

≡

89

MARTINVS LVTHER. HIERO
NYMO EMSER. SAL.

Et te, mi Emser, quis vnq̄ credidisset, esse tam doctum & acutum Theologum, & quod nemo nō miratur, tam simplicem & fidelē Martini patronū, cuius nomen, nec rogatus, nec opportunus, tā strenue & egregie asseris ab heresis Boemicę infamia: Noua miracula, qui ab Eccio delirabar esse Boemus, ab Emserio mihi infensore, q̄ multi Eccj, Boenus esse abnegor, Quis hūc vertiginis spiritū: quis hęc dissensionis studia inter Eccū & Emseriū miscuit: quis hęc Emserio in Martinū gratiā cōmentus est, p̄sertim tam subito & post tantā vel Timoniana maiorē inuidiā, Martino penitus nō cogitāte & indies Emserio magis ac magis displicente: Securus esto, O foelix Dędale, Martinus grauedine & pituita grauissima lab orās, hęc technā nō intelligit, simplex simplicissimū agnoscit Emseriū, vt quem synecere credit, in hoc Epistolā scripsisse, q̄ Martinus esset oib⁹ Catholicō noie cōmendatus, hōc est hereticorū patronus, & turpissima ignauia Lipsię per Eccū supatus. Quid pro hac gratia retribuā: interim p̄ gratitudine, tibi comparo Ioabū illū fortissimū & Illustrissimū principē militię Dauid, & insignē Israelis hyperaspisten, adeo tuę lingue cōuenit cum illius gladio, & morib⁹ tuis cū illi⁹ tunica, & huic in me tuo pulcherrimo officio cū illius ope, quod in Abner & Amasam, grandī decore, splendide contulit, q̄ q̄ dormitantia quadā scriptoris, ob hoc egregiū facinus, inter robustos Israel nō censeat, Aut si hui⁹ cōparatio remotioris est exempli, q̄ vt delectare te possit, qui nō sacrarū literarū, sed sacrarū Canonū es Licentiatus, illius salē, quē vniuersum vulgus nouit, nō dedignaberis Analogiam, quē nō pauci primū inter Ap̄os fuisse arbitrantur, salua tamē Reuerentia Aegocerotis tui, p̄ Eccio fortissimo fortissime pugnantis, & id in gloriā tuā, qui cū Ap̄orū principe queas cōferri, vt sicut ille Christū signo pacis tradidit Iudęis, Ita tu Martinū sub signo laudis orbī tradas hereticū, & turpissime victū. Sentit ne infōrix tua conscientia, q̄ frustra, parū astuta inuidia tua me perat: Quid hac ep̄la effecisti, nisi qđ effeminati animi tui morbū oib⁹ prodidit: qui cū de me pessima sentias & machineris, nō tū est in te sanguinis vena vsa paterni, nec tū virilitatis & indolis masculę, vt aperto Marte, collatisq; signis me cū congregiaris. Sciebā inuidiā tuam, qua Lipsię totus ardebas,

Impotētiorem esse, q̄ vt se cohiberet, ne pareret que cōcepisset. Rursum ignorantiorem & ignauiorem q̄ vt liberaliter, & in luce quid auderet, Q, nisi me timor Christi cohiberet, quo magistro, non tantū dolere debeo, q̄ mihi nocere voluisti, & nō potuisti, q̄ tū qd̄ tibi nocuisti qd̄ maxie noluisti, possem tibi abūde par referre, & Aegocerotū tuo idoneum venatorem p̄stare. At q̄ Tyburtiū tu q̄ris, curandū mihi est, vt Tyburtius Torquatū q̄q; inueniat. Si quo mō dephensus in opibus manū tuarū, dolere possis super cōtione animę tuę miserimę, quā ob mei odiū, tā perditē diabolo consecrasti, & si sacerdos dñi (vt gloriaris) testisq; veritatis.

Legi itaq; Aegocerota seu hircū tuū seu hircoceruū (nec emiserit quo vocabulo monstrū appelles infelicissimū) de quo poeticis. Noster hic Aegoceron sine fœno, peccat in vno, q̄ non est Lucę linea ducta manu. Noli desperare, mi Emser, est veniale peccatum, nec in diuinas, nisi forte in grām aticas & Rhetoricas leges paratū, quod cū sit poetis pictoribusq; qd̄libet audēdissemper equa potestas, facile tibi, & hoc ignoscant, nisi id forte eos nimio moueat, q̄ humano capiti ceruicē iūxeris equinā, & amphora instituta vrceū eduxeris. Quidē & mihi, neq; grāmatico neq; Rhetori, neq; pictori, hoc potissimū, nullis indulgentijs, ne Romanis quidē ac summis, condonabile visum est, qd̄ fœnū illi potius detraxeris, q̄ cornua, & simul hęc Hecubā mā tā infeliciter dissimularis, quā q̄ em tuū Aegocerus Martino idē sit fenatus (vt sic dicam) & cornutus. Laudatori tñ syncero cōueniebat magis fœnatū sine cornibus, q̄ cornutū sine fœno moliri, Cui & hoc mali accedit, quo sit animi tui p̄fētū simulachrū, vereq; Emseriū rēp̄senter. Non est integer Aegoceros, sed sicut Priamū, amputato capite, trūcū & sine nomine corpus appellat poeta. Ita ego Emseri mei nō integer figurā, abscesso corpe, sedā cernēs, queā dicere. Tuncū & sine corpe nomē, hoc est, speciem sine veritate, qui in capite & principio aliqd̄ apparat, in corpe & sine nihil. Atq; vt nihil desit monstroso mōstro, nō in simplici, sed duplici area spectabilis ille fulget Aegoceros, adeo omnia pueniūt fato, certaq; puidencia vt Emseriū oportuerit p̄p̄rijs insignib; q̄q; pingi.

Quid faciam igitur miser? si laudes tacitus agnosco. palinodiam cecinisse videor vniuersę doct̄inę meę, & Eccio troris patrono, veritatiq; inimico lampada tradidisse, vt nec ignifer quidem reliquus sit, planeq; Boemus hereticus, p̄sertim apud nascuros & exteros iactabor, Si repudio, iam nō Boemus

modo, sed patronus Boemorum apud vulgum & domesticos arguar, simul ingratiudinis in Emserum grauissime reus, qui hac me suspitione per eximium Capricornum suum leuare admodum soluit, Ita dum in mea ignominia & Christianae veritatis iactura, belle ludit Emser, egregius alioqui Christiani amoris prece, ego inter saxum & sacrum heredo, Scylla & Charybdi simul diuexor, & cum Michea canto, qui mordent dentibus & predicant pacem, Et psalte, Qui loquitur pacem cum proximo suo mala autem cordibus eorum.

Verum Christus meus viuit & regnat in secula benedictus dominus & deus meus, qui doctus est, discipulos phariseorum, & herodianos, simili capricorno se petentes, vno verbo confutare, non est scientia, non est consilium contra dominum, in quo donec glorior, quid faciet mihi homo? Quare tu quisquis ades lector, interim spectator esto, terebimus venari hunc eggerota, forte dabitur tibi arcui ferinam hanc nobilem Christus.

Primum, mi Emser, omitto blandiloquia tua, quod me virum predicis rara eruditione, oscula Ischariothica dissimulo, quibus sub Boemorum persona mordet, me esse vnum, qui sacras literas, & solus attingam, qui oculos cornicum potissimum confingere, Agnosco enim fortissimi tui Theologi scemata, sane erudita, qui cum verba scripturae per totam disputationem, nec adducere nec adducta posset tractare, eodem frustice & ipse quoque Struthio se textit, prudentissime causans, me non receptare parum autoritates, quas nec ipsas intelligebat, nec intelligere volebat, Non enim patebat alia via suae sacrarum literarum ignorantiae, praesertim coram vulgo colorandae, quam ut deserta & contempta scriptura sancta, me configere (ut tu elegantissimus orator dicis) diceret cornicum oculos, Sed habete vobis hunc theologiae discendae morem, ut verba dei ad iudicium verborum hominum tractetis, Ego cum Paulo & Augustino verba hominum ad iudicium verborum dei tracto, malo a vobis accusari, cunctator in verbis hominum, quam vobiscum laudari contemptor verborum dei.

Huc mihi ausculta, qua tu noua religione arborem laudas, & fructus eius vituperas: An tu non cornicum oculos configis, sed ipsi Christo omnimodum duci contradicēs, de vite & ficu spinas & tribulos colligis? Non intelligis quid velim? Martinum dicis Catholicum, & qui nolit Boemorum esse patronus, recteque facis, cur ergo iniquissimo animo fers, dogmata mea probari Boemorum quasi noua Ecclesiae tuae dialectica (nam simili & ille vitium dissimulandi scientia) hunc necesse sit Boemorum patronum esse, qui dicat quod Boemis probetur, aut non debere eius dicta Boemis pla

cere, qui recuset esse eorum patronus, Magister es artium & philosophus
lofophis, non meministi, partibus ex puris nihil sequitur? Quid
his larualibus syllogismis aliud queris, dum vult miscere particulari,
& hoc rursus illi, nisi ut aut Boemus sim, aut omnia mea res
uocarim? Sic incedis super aristas, & lubricus es, ut lectori quod
uis intelligendum, tibi quod uis respondendum reliqueris: docues
runt te Canones tui sic loqui in proximum tuum: putas ne & ego
queam simili figura te laudare, ut alius te auarum, alius liberalis,
alius castus, alius fornicarium, queat intelligere? Si segniter lau
dare apud eruditos vituperare dicitur, quomagis dubia & figu
rata tua impij laudis larua, plusquam tripla vituperatio mihi cen
senda est? Atque dum nihil discernis in meis dogmatibus, omnia
simul, nimirum contaminata cupis, impurissima lingua tua, Vides
me intelligere, qua stropham rusticissima insidieris mihi, Sacerdos
domini & testis veritatis? Varios vetos hucusque passus est nauis mea,
Nunc, ut video, & contra Ceciam mihi nauigandum est, qui me
daci expellit nubila flatu.

Verum quoniam hoc pro basano tuo & Lydio, quod dicunt, lapide
ducis, quicquid Boemis placet, hoc haereticum esse, miror, qua
nam ratione & tu euadere queas, ne sis Boemorum patronus, qui
tam multa sapis, praesertim, tueris, quae illis placent. Quin rogo
per Ecclesiam hanc dialecticam nobis concludere, sacramenta Ecclesiae
vniuersam scripturam, sanctos patres esse omnia haeretica, quia
haec placent Boemis, placent praeterea Boemis multa alia, Christus
ipse, sancti & omnes creaturae dei bonae, ergo sunt haeretica, firmis
sima, scilicet Emserianae dialecticae consequentia. Quod si haeretica sunt,
quae Boemis placent, rursus haeretici erunt, quibus Boemi placent.
At hic ausum iurare, Emserium esse haeticum, cui sine dubio, vel
aurum vel vxorcula aliqua Boemicae factionis formosula possit
placere, imo nec summos pontifices ab hoc casu haetice pra
uitatis possit vlla Bulla excipere, nec ea quidem, quae in cena domini les
gitur, Istitis ludicris rationibus, in re tam seria, vos optimi Theo
logi, vulgo nostrum inficitis, ut eius iudicio, statim audito Boe
morum nomine, quos volueritis haeticos faciatis, nec tamen estis in
hoc fratricidae & blasphematores.

Sed quando in haec portentosa tenebrarum vestrarum argumeta
venimus, odium inscitiae vestrae latius pandamus, Cur non & Iu
dorum & iudeorum patronum me criminaris, id est excusas, qui negem
me cum illis sentire, cum tamen ipsi fateantur multa esse sua, quae con
stanter tuear? An quod hoc officium fratribus tuae farinae reliquisti,
qui libros haeticos & haeticales pro suo arbitrio inuenire possunt?

Quid em̄ non inuenirēt, qui tam anxie inquirūt? Iam cum & Iudēi nobis vicissim in multis placeant, Emserio Mḡr o Iudēi dicendi sumus.

Iterū. Si hereticū est, om̄e placitū Boemorū, a contrarijs Catholicū erit, quicquid eis displicet. At libidinē, pompam, auaritiā, superbiam clericorū, illi miro modo detestantur, sequit̄ Catholicissimā esse hodie Ecclesiā Romanā, in qua hæc vsq; ad clamorē in cęlū regnant. O quot inuenies mi Emser huius generis catholicos, Nō dubito, quin & tu catholicissimis futurus & heretico extreme persecuturus, si hæc Boemorum dogmata & placita possis heretica ostendere.

Deniq; veniūt ad manus meas quotidie ex diuersis mūdipribus eruditissimorū virorū literæ, gratulantū veritati, & id vnice timentū, nefelicibus ceptis, tua & tui similitum persecutore vexatus, desim & palinodiā canā, quid ex his facies dialecticā Eccianā cōsule, & patroni Boemorū erūt, necq; em̄ alios libros meos legūt ipi q̄ Boemi.

O vos infœlices & nihili theologos, idolaq; mūdii, qui sacrarū literarū ignari, Ecclesiasticas sententiās non alijs armis tueri potestis, q̄ q; timetis, indignamini, suspicamini, puerit̄ & muliebriter, placitura esse dogmata hereticis, An timore, suspitōe, indignatione cōtra hereses pugnandū decernitis? Sic ludibrio exponitis, militiam Christianę veritatis, quę turris David mille clypeis, & om̄i armatura fortū munita, terribilis ē sicut castorū acies ordinata, Et sane videmus hūc ritū hereticorū vincendorū præualuisse, hoc est veritatē pene extinctā esse, dū suspitōe placēdi hereticis, prohibita ē pugnare & triūphare.

Igitur duos novos locos tu & theologi tui inuenerunt, q̄ nec Aristo, nec Cicero Topicorū insignes autores inuenire poterūt, qui tales sunt ac tanti, vt vice om̄i aliorū sint, in quouis dicēdi ḡne, hi sunt placitū & displicitū hereticorū. Hijs em̄ frui Emser & Eccis me hereticū arguūt, p̄ incredibili Rhetoricę suæ peritiā, nec est hic necesse explorare, an heretica sint, q̄ placeant. Sat est suspicari q̄ placeant, tū mox vulgus irritādū ē, sic vitā sunt heretici, Ecclesia defensa, & veritas fidei seruata, vt impletur illud Isaię, iij. Dabo pueros principes eorū & effeminati dominabūt eorū. Vides ergo mi Emser hæc mōstra te didicisse ab Eccio, Nā & hic vt est inanis sciētia scripturarū, aliud Lipsię argumentū robustū nō habuit, q̄ horū locorū, in q̄ nō imitatio vobis placuit. Sed q̄ Aegoceroses, facile hoc rethorice melius eludes, dicesq; Nō damno tua dogmata, nec q̄ placeat Boem.

mis indignor, sed q̄ erronea dogmata placent, quorū te auctorem falso putant.

Primum adeo ne de omnīū mortalīū sensu desperasti, vt hac insulsa & inepta tua vafricia, speraris omēs illudi posse, vt tibi credant, alia Boemis dogmata mea placuisse, q̄ quæ in libris meis legerūt: Q̄ si mea dogmata probarūt, & tu iam falso eos probasse garris, quia Boemorū patrociniū recusauī. Quid aliud hinc sequit̄, nisi vel te impudenter mentiri, vel me reuocasse mea dogmata? Deinde, nunquid ego Idolo tuo Eccio Lipsi sic dixi, sicut tu scribis, perfricta fronte, q̄ quicq̄ de me Boemi sentirent, me non acceptare? Nōne toties repetitis verbis dixi, me schisma & errores Boemorū non velle nec posse tueri, q̄ mihi Eccius tuus eadem impudentia obiiciebat: Nūc quid hinc sequitur, me Boemorū cōsensum in mea dogmata (quæ alia non possunt esse, quā in libris meis edita circūferunt) damnasse: Atq̄ vt scias, me tuas insidias nihil insidiosas, nihil metuere, habe tibi hoc, & illud siue illide si potes. Volo opto oro, gr̄as ago, gaudeo q̄ mea dogmata placent Boemis, atq̄ vtinā placerent & Iudæis & Turcis q̄mō vtinā & tibi & Eccio, politis vestris impijs erroribus, placerent. Quid hic facies? An Iudæū, Turcū, Emserianū & Eccianum me patronū excusabis, q̄a recuso fortiter me nollev̄ra & illorū tueri? Quid ad me? Si Boemi mecum sentiunt, recte sentiunt, sed non ideo ego illorū vel schisma vel errores probaui, nec tuo patrocino opus habui, quo hac suspitione leuaret̄, id est contaminaret̄, Nā spero q̄ gaudeas, Boemos tecum sentire ī cōfessione trinitatis, Ch̄ri, & omnibus alijs fidei articulis. Cur ego non pro teipso primū sollicitus, Apologiā edis, expurgans te q̄ Boemorū patronus nō sis: Si hoc stultum & non necessarium arbitraris, qua charitate necessarium tibi pro me visum est, vt faceres nō rogatus? Vides ergo malignā tuam agnoscī inuidiā, qui cū scires Boemos in me nihil phare & iactare. q̄ dogmata mea, tu eorū iactantiam hanc, fœlix orator sic opprimis, vt neges me errorū suorū esse patronum, quasi illi hoc vnq̄ iactarint. Oratorum insigne decus est (vt Cicero ait) apposite dicere, tu autem Boemorum iactantiam confutaturus, quam optimam habent in meis dogmatibus, confutas iactantiam errorum suorum, quā tu fingis sub nomine meo. Nonne hoc ad Rombum orare ē, vbi ad dextram tibi belua iaceat, tu versus in sinistram egregie Rombum laudes? Obsecro si deinceps luscum velis laudare, non laudes surdum, ne in discenda Rhetorica tua

videaris operam & oleū luisse, aut mutuū paulisper memorie
Ecclesie tibi sume, vt argumenti suscepti saltem in orationis
initio memor esse possis. Simili schemate & Rufinus olim i-
petebat Hieronymū, cui cū placeret in multis Origenes, in ep-
istola Emserianę dialectice Typus, oīm errorum illi fecit in pla-
laude patronū. Ita & tu Rufinus meus (Hieronymus volui di-
cere, fallit me opis similitudo magis q̄ seruet nominis similitudo)
in hūc modū egregie differis, Boemos non defendis schismaticos
eos ergo falsē illi iactant te vera scripsisse. Proinde mi Emser
alio contra Boemos confutandos vt ere argumento, hac tibi
confutatio ne nos Catholicos Boemis ludubrio traducis.

Iterū alio mihi abrupto elaberis, non dico (inquis) tua i-
ctari dogmata, sed aliena & suos errores tuo nomine. Primitū,
Quis de hoc certū refecit & adeo ne tibi de quouis mortaliū
fingere licet crimina, atq; id non nisi vt innocentiū criminib;
fictis, innocentiā aliorū ledas? Nōne scriptorē historicū, plerūq;
sacerdotē dñi testē veritatis, oportuit hæc omnia primitū explo-
rare, & non de suo cerebro historias fingere? Quid si illi negē
iactasse vnq; nisi mea dogmata; q̄ per regiones vagantur, que
multi Christianissimi Galli, Itali, Angli, Germani, Hispani q̄q;
iactant? An sperabas eos tacituros audax mendaciū tuū?

Sed esto, verū sit qd̄ somnias, illi aliena dogmata meo no-
mine iactent, qui sit, vt ego nō hæc audierim, ad quem maxime
perinēt? Aut si mala nostra nouissimi scimus, tuū erat pfecto
qui nominis mei tam studiosus es, mihi id indicare, & que nō
dogmata illic nomine meo falsa falso iactarent signare, vt ipse,
(quod maiorem habuisset autoritatem) in eos scriberem, nos
menq; meū assererem. At tu bone Rufine, fili tenebrarum, hæc
aut nesciens, aut nescire te fingens, nō modo nihil mihi signifi-
care curasti, quin duplo vulnere, vtroq; grauissimo me epu-
tis, & suspectū de heresi faciens, & suspicionis huius pessime pa-
tientiūsimū dissimulatore adornans, dū p me ruis in defensionē
meā, me profus nō salutato, pugnaturus cōtra ea, q̄ nescis.

Sed adhuc rogo post vulnera, saltem indica nūc, que illi
falsa dogmata meo nomine iactant, vt sciam super quib; me
defendas, & p quo gratus esse debeā. Quid taces? quin edis:
non edis? Age euerberemus vel inuito. Quæro, an tua verba
credas esse vera, vbi scribis, Boemos p me fecisse publica deo
supplicia, quotidianaq; (licet pphana) sacra, dum nup̄ Lipsie
certarem? (Taceo em̄ qua gratia hoc in vulgus volueris edere,
Naso meo non sic illudis Rufine, Ruffe imo niger) vera inq;
hęc

hęc sunt an nō nō. Nō hic tacendū, quia sacerdos dñi & testis es
veritatis, Vera ergo. Sequitur iā pcul dubio, Boemos, Emserio
riana sentētia me cū sentire in ppositiōibus Lipsię disputatis,
vt in quibus me saluū, publicis sacris impetrare illos voluisse
publice scribas. Hęc sunt igitur dogmata falsa, q̄ nomine meo
iactant Boemi, & in quibus me patro nū gloriantur. Habeon
Aegocerota nostrū an nō: vbi nūc est ostuū, pene effudissem,
quod me Catholicū asseruit: vides ne q̄ imprudēs sit inuidia:
proverbij illius scripturus meminisse debebas, Oportet mē dā
cem esse memorem, nec est quo hic euadas, quin perspicuum
sit, te in corde non secus ac hæreticū habere Martinū, & tamē
ore confiteris Catholicū, cuius rursus dogmata eodem ore dā
nas hæretica. Tu ergo vir ille es, qui apud Iacobum ex eodem
fonte manat amarū & dulce, Neq̄ em̄ verisimile est tam delys
ros esse Boemos, vt pro me orare voluerint in aliam causam,
nisi quā tūc agebam, nec tu de alia loq̄ris, neq̄ erat iā obscuræ
ppositiōis meę, vt putari possit earū sensib̄ nō fuisse itellectos,
q̄ eos potuit intelligere vī Rubeo. Proinde mi Ruffine, id q̄
cogitabas & intelligi volebas, tibi scribendum aperte erat, id est
Martinū esse hæreticū, sic egisses viri constantis & probi officiu.
Qui d̄ em̄ refert illos accusari de hèresi, qui de patro nō per te
laudato gloriantur: Non cogitas Boemos esse homines, non
pecudes, qui ad Aegocerota tuū dicant, Quid consutat hic os
lidus hircus: quid sibi ipsi contradicit? An persequitur hircos
ceruū & Chymeram cerebri sui, & Boemos a se in somno for
maros: Nubes & inania captat. Nos em̄ Martinū iactamus, quē
tu Catholicū astruis, Quid nobis de errorib̄ dogmata Mar
tini probamus quę Lipsiæ tutatur & libellis editis inuulgavit?
Tu cum laruis pugnas & ridiculus cuculus es, Quid hic dices
Ruffine: An quia sacerdos dñi es, ibis gaudensq̄ dignus is cō
tumeliā pati pro dño tuo, eo sez qui est pater mendaciū, cuius
tu in dicendę veritatis functione testis es.

Q̄ si dogmata mea, & tu vera arbitraris, plaudant Boemi
q̄ patrono Hieronymo Emserio Christi sacerdote & teste ver
tatis probantur Catholici & Christianissimi, vt qui p veritate
publica sacra fecerūt, Mereat Roma, insaniat Ecclesia fortissim⁹
Theologus, infelix Ro: Ecclesię & Sedis Apostolicę defensor
Aegocerotis huius pceptor, q̄ inueniuntur Boemos menda
citer & inique pro hæreticis habuisse, Immo doleant Boemi a
mendace & bilingui se laudatos & gaudeant ab eodem se vitu
peratos, Nōne iam tu ipse patronus factus es Boemos, quod
b

me tanta Bucca tonas repletisse? dilce Ruffine illud Sapientie,
Qui loquitur iniqua, nō potest latere, nec preterit illum cor-
ripiens iudiciū, qm̄ auris cęli audit om̄ia, & qui cōtinet om̄ia,
sciētia habet vocis, spūs em̄ dñi repleuit orbem terrarum. Et
illud Eccle. x. In cogitatione tua ne detrahas regi, & in secreto
cubiculi tui non maledixeris diuiti, quia & aues cęli portabūt
vocem tuam, & qui habent pennas annūciabunt sententiā.
Hęc tuo exemplo cognosce esse vera, quis em̄ putas mihi cor-
tū reuelauit, & reuelandū dedit, nisi ille qui dedit nobis scire,
etiā cogitatioēs Satanę, discretio nem spiritūū, imo sensum
Christi & profunda dei?

Quid q̄ tu ip̄e autoritate Bedę cū non neges Iohannem Hull
falsa miscuisse veris? Nonne vel Bedam vel teip̄m Boem̄orū
patronū ostentas: qui donas non solū contra Conciliū Con-
stantiē. (quo vnico miser tuus fulciebatur fortissim⁹ Theo-
logus) sed contra ip̄m quoq̄ fortissimū (quod intolerabile
est) articulos aliq̄s veros, male damnatos, quo totā vim & vis-
soriā Eccl̄ie eneruas, meūq̄ per om̄ia sentis. Proinde tu, si sa-
pis, scribe Catholice Eccl̄ie Boem̄orum administratori vrad-
gremiū Eccl̄ie reuocet errantes, quod vt sui, tui, om̄niūq̄ nra
faciat ludibrio, da hereticis (sicut facis) hoc, Iohannē Hull vera
falsis miscuisse, hoc ē Cōciliū Constantiē. articulo setus aliq̄
impie dānasse, idq̄ Bedę autoritate. Sic em̄ corui tui ouī legi-
timū eris, qui & ip̄e, vt me Boemū hereticū statueret. Primo Ni-
centū Cōciliū contēpsit, magna autoritate, habitus i hoc vobis
catholicissimus, Deinde Cōstātiēse, Mḡr Spūs sancti factus, de-
nuo & aliter declarauit, sic soletis vos cōfutare hereticos, vt pe-
iores heretici fiat, & nos oēs eorū fabulis tradatis, dū vt coler-
tis culicē, camelū glutitis, adeo cauti estis, ad o referat v̄a, m̄sa,
magnaq̄ negare & dānare catholicorū, ne modica pbare ve-
deamini hereticorū, vt pbantes possitis iactare hereticos, atq̄ id
nullorū hoīm odio, sed zelo veritatis p̄ gloria dei & honore
sanctę Ro: Eccl̄ie. Sed & vos Scriprores mihi videmini esse
nō nihil autores Boemice pertinacię, qui tam frigida & incon-
stantia scribitis, frigide em̄ & pigre confutare, quid aliud est q̄
bis confirmare? Aduersarijs iuxta Paulum os opplere & ob-
struere omni oportet studio. Deinde scripta nostrorū, nescio,
quā oscitantiam, nauseamq̄ spirant de fiducia & securitate, quā
habemus in opinione vulgi ex nostro verbo pendentis, & po-
testate Ro: Pon: nostra probantis. Nos ita scribimus, vt si nihil
promoueat quę scribimus, sufficit q̄ vulgo nostrorū & Ro:
Pontifici placent, Atq̄ hic est finis nostre scriptiōis, nihil eque

timemus q̄ nequid elabatur, quod offendat Ro: Pontificem,
Quaratioe sit, vt sicut libere nō scribimus, ita nihil officiam?

Tu nūc vide verba, imprudētis tuę iuidię veracia testi mōia
& si ipa mēdacia, me catholicū asseris, simul & dogmata asseras
catholica neceesse ē, sit q̄ se sit furor impietatis tuę, vt p̄ catho-
licis dogmatib⁹ nō solū indigneris sacra fieri, sed etiā appelles
p̄phana abomiabilia execrabilia: intelligis qd̄ Cahos qd̄ pes-
lagus mōstrorū ex hac snia sequat̄ vt hinc refacile peiorē oib⁹
hereticis & d̄m onib⁹ possim asserere. Quid em̄ non faciat &
omitter, qui p̄ veritate sacra facta p̄nūciat p̄phana? Est o sine
Boemi hereticū, at q̄n p̄ veritate orāt, sacra hæc tu p̄phana au-
des dicere: An sacra p̄ mēdacijs facta sancta tibi vident̄: Quid
sentis de meis sacris, q̄ p̄ te & Eccio facio magno affectu, cū tibi
& illi heretic⁹ videar: neq̄ em̄ habeo (crede nō crede) q̄b⁹ me
plus debere mihi videar, & pro q̄b⁹ ardentius orem, q̄ p̄ Ios
hāne Tecellio, hui⁹ tragedię autore, cui⁹ aīa sit i pace, & p̄ te &
Eccio. oib⁹ q̄ aduersarijs meis, adeo mihi p̄deēfētio aduersa-
rios. Sine ergo infelix inuidia p̄ dogmatib⁹ meis sacra fieri,
v̄ a Turca, Nolite phibereū, q̄ nō ē cōtra vos p̄ vobis ē, dixit
Christ⁹, aut primū me hæretic, & dogmata h̄retica ostēde, ne
rabie ilana deo p̄ferre incipias diabolū & mēdaciū veritati.

Arbitror o lector me Aego cerota hūc cepisse, & si non oēs
molossos, nec velres i eū emiserim, priā venatio ē, adhuc tener
ē, tenera mihi tractāda sūt cura, & alio tpe si perget, vel albas
nis canib⁹ infectāda sūt.

Esse aut̄ captū hoc i dicio pbabis, qd̄ d̄iceps sicut captiuū &
dilatantiū decet, sua spōte aperit, quę toto venatu dissimulauit,
pugnat em̄ aduers⁹ meā ppōem, tāq̄ h̄reticā, soluitq̄ meas ra-
tiōes, hoc em̄ mōstrū aluit i viscerib⁹ occulte, dū sugaret̄ & ca-
peret. Versem⁹ ergo viscera ista & oēm simū ei⁹ cōcidam⁹, ac
detrahta pelle sacrificemus eū i holocaustū d̄no, si voler eū.

Per Coronidē suā terribiliter Macchabēā totā, q̄ splēdide
Martinū h̄reticū triūphat, assumit aut̄ sic, Miserā fore Christia-
norū sortē, si & ḡtib⁹ & Iudcis sit inferior, q̄s cōstet sacerdotes
suos d̄ijs reulisse. An faciē hui⁹ pigerrimi frigoris q̄s sustineat?
vt repat ignauissima tū sniatū oīo, sed nec qd̄ hoc syllogis-
mo mire rhetorico moliaris, satis intelligo, nisi forte suspitionē
mihi paras, q̄si Ecc̄się sacerdotes, negē referri deo acceptos, sed
& inter gētes credo i vniuersis poetis tuis nō inuenias, q̄ fingat
fuisse aliquñ vnū, iure diuīo, oīm toti⁹ orbis sacerdotū gentiliū
Monarchā, nā hāc snia; tu intelligis & eloq̄ris, p̄ sacerdotes d̄ijs

acceptos referri, noua, Quā disco, gramatica, plerim cum eos
vbicq; religioes, etiam sibi pugnarent, testibus sacris literis, Sed
bene habet, q; tuipe nihil moraris, si syllogismus tuus i hac pte
corruat. Itur ergo in antiquā sylvā, & ad extremū belli decus,
nempe ad Aaronem, quē gloriaris, iam pene victor, negari nō
posse a deo institutū. Hic assumptioni nequitur subsumptio,
Si veteris, iniquis, instrumenti molē penitus ociosē, ac tādē
derelictē (tam belle & docte inter rhetoricandū etiā Theologis
faris, mire aptis mysterijs ludens) tantus honos est habitus, su-
perioris etiā, noui scz testamēti causam, nihilo fore deteriore.
Hec ille. Omitto ineptiam de mola inferiore & superiore, imo
impietatem, qua veterē & sanctam Synagogā, ociosam & des-
relictā nouus Theologus deliras, absq; hoc, qd̄ corpalis etiā
mola inferior ociosa nō possit dici, q̄ negociosior ē superiore
cui? sustinet vim & impetū, deniq; deus phibuit, ne qm̄ altera
molarū auferretur, & ociosa fieret, Sicem solent Ecclesiani theo-
logi in sacris ludere literis, dū serio castractant. Ad rem ipsam,
Hic tibi videtur honos dignus nouo testamento, si ipm̄ q̄q;
habeat suū Aaronem, hominē purū, simili vestitū, dierū, epri-
moniarū pompa gloriosum, Gr̄as ago verborū dei interpreti
acutissimo. Ergo nihilo differet veritas a figura, Spiritus a lra,
plenitudo a signo, nec nouus sacerdos prestantior veteri: O
ignominiosum honorē noui testamēti, si simili honore equet
veteri, Quorū q̄so hoc aures ferent? non cogitasti, miserrime
Emser, cū hoc munus obires, q̄ susciperes argumentū tuis viri-
bus impar: Non eras memor horatū cui, versate diu, quid vas
leant humeri, quid ferre reculent? Rogo infelix Canonista
Apl̄m ad Hēbreos nō legisti? Si legisti, cur contempsisti? Si
nō legisti, quid porcus inter sancta? Apl̄us inq; honorem &
gloriam noui testamēti copiosissimis & splendidissimis ara-
gumentis tractans, Christū filiū dei pontificem summū loco
veteris pontificis, v̄ melioris testamēti mediatorē pulcherrīe
probat, cūq; in sancta, æterna redemptione inuenta per p̄p̄riū
sanguinē introisse, Vetera illa fuisse exemplaria, v̄mbas, imā-
gines, typos futuri pontificis Christi, reuocanda Emserio, & p̄
veritate habenda. Non ergo vestitū pompa, aut potentie mag-
nitude, noui testamēti honor, sed figura fuit, & nūc ignominia
est, Spūs nūc regnat, qui talibus v̄mbas non eger, nec ore
natur, Hanc gloriā Emser noster fastidiens, honorem carnis &
v̄mbas rursus e veteri testamēto suscitāt, ne sine honore, i. v̄m-
bris sit Ecclesia, cum de Christi sacerdotibus ad illorū differētā

spiritus p̄dixerit, Sacerdotes eius induantur iustitia, & sancti eius
exultent. Et iterū, Sacerdotes eius induant salutarē &c. per hęc spi-
ritus exposuit figurālē ornātū & honorem veterū sacerdotū,
Et Christus, qui vult esse inter vos maior, sit sicut minor. At
Emser meliore sp̄i plenus, per iustitiā & salutem intelligere do-
cet, aurū, purpurā, gemmas, honorē, potestatem, dominium,
principatū, quę in veteri instrumento, & mola inferiore, dixit
ociosa & relicta esse. i. in nouo assumpta, Cur ergo tuus Mo-
narcha in ijs est tam negociosus & sumptuosus. si ociosa & res-
licta sūt, iuxta ybū tuū? Sed cur nō esset negociosus & sum-
tuosus, qui Emserio Magistro docetur, relinquenda nō relin-
quere, & ociosa negociosa habere, vs̄ simul sit vetus mola, res-
licta & nō relicta, ociosa & nō ociosa? Vides ergo q̄ Emser &
Paulus sibi quadrent pulchre, Tibi deterior ē causa noui testam-
enti, nisi sit par veteri in pompa & sancto seculari, Paulo y o-
ignominiosa est, si par fuerit.

Porro cū illic Ap̄tus nouū testamentū ex professio tractet
pontificemq; illius Monarcham describat, fedit nos certe, nec
argumento suscepto satifecit, q̄ nō etiā Petrum aut Romanū
pontificem nobis Monarcham secundariū cōmendauit,
plērim cū is articulus, tantū esse momenti putetur, vt fides &
nouū testamentū sine illo subsistere non possint, ruente nimirū
si vnus articulus fidei ruat, tota fide, Sed sine, cęci sunt & duces
ęcorū tantū animalia ventris. Quare sicut in veteri fuit vnus
summus, non duo summi, nec vllus vicarius summi sacer-
dotis. Ita & in nouo oportuit fieri, vt figurę veritas respōderet
& constaret summū sacerdotū vet. test. non modo nō p̄ Mo-
narchia Ro. Pont., sed oīm fortissime cōtra eam valere, deniq;
om̄ia q̄ in veteri pontifice adūbratur mysteria, nulli nisi vni
Christo cōuenire possunt. Habemus ergo gratitudinē nouorū
theologorū, qui fastidientes in gloriam noui testamēti habere
filiū dei sanctū Monarchū pontificem, veteris testamenti p̄li-
gunt gloriam in filio hominis peccatore Monarcha, quā cum
ad spiritū nihil valere certum sit, certum est, non iure diuino,
sed humano esse institutā, cum illa q̄ iure diuino erat statuta,
eodem iure ociosa & relicta, teste Emserio sit.

Nec hoc saltem cogitas, esse plane impossibile, vt totius or-
bis populi, ex vna Roma petant Ep̄os cōfirmari, sicut modo
putant vs̄um esse iuris diuini. Anathema autem sit dicere nos a
Christo fuisse ad impossibile obstrictos. Obstat em̄ iuineris &
sumptus magnitudo. At iuris diuini nulla debet esse obstacula
ne mors ipsa quidē.

Altera pars coronidis tuę est. Monarchiā p̄hari Cōciliorū
interpretatione, & vel hac sola voce Christi, pascere oues meas,
Quis tu? Emser: Tu ne audeas dicere p̄ Cōcilij interpretationē
fieri ius diuinum? vbi hæc didicisti? Quis ita vnq̄ insaniuit?
Quicquid per homines statuitur, humanū est, Sed quid cōtra
cerebrū pugno, quod nondū quid sit ius diuinū vel humanū
intelligit?

Deinde, optimo Mḡo gr̄maticę, nūc demū scio, q̄ pascere
oues meas, significat, esto Monarcha & dñs omnīū, forte post
hęc, & nouam cabalā Emserianam sperare oportet. Obsecro,
nonne Petrus iam Ap̄lus erat, & quicquid esse poterat, q̄n au-
diuit hoc v̄bū pascere officij verbum & opis, non dignitatis aut
p̄tatis audiuit, Quin dic tu Monarchis tuis, verbū pascere ad
eos & nullos alios pertinere, & hæreticū esse qui alius pascat, q̄
ip̄i, Hoc em̄ oportet fieri, si in hoc monarchia tradit, nec lice-
bit nisi Ro: Pontifici pascere, tū nisi ip̄e quoq̄ pascat, nisi hęc
reticissimū, qui velis monarchas pascere, i. Monarchia noui
testamenti onerare, onere plene intolerabili, q̄ cuius inimico
vel Turcę malint permittere, Sed sic solent scripturas velut A-
naxagorę elementa versare, q̄libet in q̄dlibet & ex q̄libet for-
mare, Ideo nihil mirū, si pascere significet vobis p̄tatem & dig-
nitatē absq̄ om̄i pascēdi vel cōsignificatione, tam oculati illius
Gr̄maticę & Theologię obseruatores, Nec p̄dest impia illius
glosę intelligentia, qua quidā garrifit, hoc fecisse videmur q̄
p̄ alios fecimus, hoc em̄ v̄bo, si ocīū paratur ijs, quib̄ ē aliqd
p̄ceptū, toti⁹ scripturę virtutē euertimus, dū quilibet eodē ex-
emplo dicere poterit p̄cipienti, Ego ociabor, p̄ aliū faciā, atq̄
ita deo quoq̄ licebit dicere. Nō pascā, sed mœchabor, occidā,
furabor, p̄mittā aut, vt alius pascat, nō mœchetur, nō occidat,
nō furetur. Quis hęc nō seruare queat? quare ergo verbum dē
illudimus? Esto ergo sn̄a, nisi pontifices ip̄i pascāt, orēt, regāt,
uelunt pontifices, sed Idola tā corā deo q̄ hoībus, & verbū nō
pascere nihil ad eos pertinet profus. Hęc cum vo-
bis dicūtur, nec habetis quid respondeatis, furda transit aure,
interim peregrina verborum farragine hominum aures occu-
pantes, ne victi videamini, nec misere interim conscientię v̄re
miseremini, quā cogitis contra stimulū calcitrare, & inuitā cō-
tra seipsam, i. veritatem latrare.

Verū illud suauissimū, vel balsamū Emserianū quō p̄ce-
rā: q̄ rauūculā meā, qua Lipsię cōtendebā, Eccliam dei iussit

sine Monarchia viginti annis ante Ecclesie Romanæ ortū, Ideo
nō esse necessariā nec iuris diuini, ita soluis, Nec etiā Petri, in q̄
p̄tati aut successore eius plus detrahit, q̄ post viciesimū annum
v̄l citra Romā primū applicuit, q̄ felicitati latronis obfuit, q̄
post quadraginta demū dies cū Christo in celū ascendit, lento
om̄ passu res humane incedūt. Vide mi Emler, an nō hęc inter
pocula dixeris, aut sicut Balaam propria te voce coarguas, Res
humanas lento passu incedere dicis, & hoc de p̄tate Monar-
chica Petri dicis, Res ergo humana ē Monarchia: Rogo desine
aliq̄n resistere veritati per os tuū loquenti. Tot iam exēplis des-
prehenderis veritatē in corde tuo violentasse, necdū resipiscis,
nec q̄ toties tibi eripit inuito, moueris, caue ne si veritati vim
toties intuleris, ip̄a te aliq̄n irrecuperabiliter deserat, sponte vi-
deris velle cęcutire, si Cayphas & Balaam veritati p̄ se dictę nō
resistissent, quid illis beatus foret: exempla tibi sunt, tibi dico,
terribilia.

Et adeo ne v̄l is tibi res ē ius diuinū Monarchie tuę, vt ip̄a
vnius latronis dilate salutis compares: Cur ergo tui Monarchie
Petri successores, non modo non cum vnius hominis, sed ne
cum vniuersi quidē orbis Ecclesie conditione se compari pas-
suntur: dum priuilegia & iura Ro: Ecclesie, adeo strenue &
pie defendunt, vt integram Gręciam & Boemiā, atq; Galliam
& om̄es prouincias maluerint perire, imo proprijs fulminibus
(cum Canonista loquor) parati sint perdere & excomunicare,
q̄ vno momento pati dilaram aut subiectam aut mutatā vo-
luntatem suā (potestatem dixi), vide ergo ne tu sis impijssim⁹
in tam zelosius iuris diuini assertores, qui neq; ip̄ali vitę, neq;
ęternę salutis totius orbis parcunt, ne differatur aut detrahatur,
vel vna hora iuri diuino, cui tu viginti annis concedis ocium
fuisse & dilationē, atq; id compatione salutis vni⁹ vilitissimi la-
tronis, cum Christi potuisses glorię dilate compare, Nihil ergo
mirum, si Petrus & Paulus nostro sęculo hæretici fiant, dum
Petrus pessimo exemplo monarchiā, iura & priuilegia Ecclesie
sue, totamq; molam superiorem, hodie sane ad conterendos
populos negociosissimā, fecit ociosa & reliquit, dū Act. viij.
cū Iohāne mitti, sicut inferior, passus ē, dū Act. x. ad rationē
reddendā, vt itē inferior cogi se passus ē, dū Act. xv. sniam suā
Iacobi auctoritate mutari & cōfirmari passus ē, qui tñ sanguine
proprio debuerat resistere & celum ac terram potius miscere,
q̄ hoc pessimum exemplum & hæreticū factū, suis successoris-
bus relinq̄re, Sed & Paul⁹ miti se a Macedonib⁹ & Corinthijs
pauit p̄ferēda collecta sanctis in Hier. hęretic⁹ certe, & recte, q̄

ius diuinū oportet tueri per sanguineū, etiā cum totius mūdi
dāno, sicut potiusq̄ velles occidere & mœchari, oīa tibi essent
amittēda. Recte ip̄i faciūt, Tu cū Petro pessime & heretice facis,
tu dando dilationem, ille faciēdo contrariū, iuri diuino, ybo
dei & Euangelio, qđ ne puncto quidē licet interrompere aut
differre.

Si autem zelus tuus adeo ardet pro me & Boemis erudiē-
dis, debes nō solū tua nobis dicere, sed nra qđq̄ cōfutare. Ade-
hibe ergo manū, doce nos sapientiam tuā, Mea propositio de
primatu Papę non est mea, sed Niceni Cōcilij, quod Ro: Pon-
tifices Euangelio cōpant, tibi ergo ista consequentia est pro-
hibēda, Martinus est hereticus in huius sententiā ppositiōis,
Ergo Nicenū Conciliū est hereticū, quam nisi phibueris, Ego
te cū Eccēo tuo hereticos, Arrianorū patronos, Romanę Ecclēię
blasphematores pronūciabo, atq; hęc non lubrico, ambiguo,
simulato, sed aperto sermone, Scis qđ dissimulabat tuus Theo-
logus forissimus hęc audiens, qđ fugitabat, qđ queritabat, qđ
reptabat, & tamē hodie adhuc tacet, sed & tu fortissimus disci-
pulus eius fortiter ad hęc races, qui tamē Conciliorū interpra-
tionem nobis ius diuinū fecisti, quasi hic nō totius cause sūma
pēdeat. Alia vero satis multa copiose afferis, quo interim hęc
preterfluant, quibus vrgeri vos sentitis.

Ipse vix risum tenere potui, quū legerem magnificā tuā
exclamationem, O miserū Lutherū, si execrandis & abominan-
dibus istorū piaculis confusus, ac non potius iugi scripturarū
meditatione fretus, cū fortissimo theologorū Eccēo pugnam
ineat. Quos hic confutas? Boemōs? At quis tibi dixit illos in
hoc orare, qđ crederent me confisurū suis piaculis: sed Stelicho-
rus me ita iter vituperia & laudes Martini fluctuat, vt ab ebrj-
sermonibus non multū abluat, Et quantū audio, velis me fir-
ducia meditare scripturę pugnare, quis vnq̄ foeliciter pugna-
uit, mi Emser, suis fretus aut doctrinis aut viribus, nisi forte tu
solus in hac ep̄la? Ego scio illud, dñs conterens bella. Et illud
Iudicū v. Dñs spē dimicauit, & de celo dimicatus est cōtra eos,
neq; cū fortissimis, neq; cū infimissimis vnq̄ pugnare volui,
O me ppositū fuit in angulo latere. Nūc autem vnica schedula
disputatoria, velut lacinia apprehensus, & in publicū per vim
tractus, dñi voluntate ita factū credens, nō timebo, mi Emser,
nec fortissimū, nec vocalissimū Eccēum tuū, sicut nec te impo-
tentissimū, aut vllum indoctissimum contemnam, Tunc vere
miser ero Lutherus, si tuo cōsilio, meditatione scripturarū fretus
pugnem.

pugnem, ac nō potius fide operantis in me solius dei, etiā totaliter, q̄ n̄ negare nō queam, ac citra omnem superbiā possim Christo confiteri suū donū, me in sacris literis posse vel modicū, quas Ecclesiū tuū fortissimū nondum cōfido posse feliciter ordine & sensu legitimo docere, non em̄ in Scholastica Theologia hęc docentur, dona tñ gratuita dei sunt, ppter q̄ nemo magis gratus, sicut nec ppter corporis formā, Sū sane & ego inter Scholasticos doctores detritus, quare satis rectū ē, eū fortissimū & an̄ osissimū ate laudari, Sed crede mihi, minus esset tibi hoc nomine laudabilis, si ī sacris literis vel exordia Theologię, & vt vocant, principia intelligeret, satis indicauit hoc Lipsica disputatione, Indicant & libri eius de p̄destinatione & mystica theologia, om̄ia fortissime & summa primo tētat, ita vt casū grande illi misere meuā. Breuiter, ip̄e tu nosti, dolia vacua esse sonantiora plenis, Nolo me laudari, nec fortissimum nec meditantem in sacris literis, sed & Ecciesio hanc tuam laudem inais deo, cum vterq; nostrum debeat talis esse, vt meliorib⁹ q̄ istis nominib⁹ laudetur, nempe Christi nomine, in quo fortissimus ē infirmissim⁹, & infirmissimus est fortissimus, sicut dicit in Iohēle, Infirmus dicat, fortis sum.

Scribis etiā in laudem, scz, me om̄ia sursum ac deorsum versasse, totā q̄ ingenij aciē huc admolitum, & cōtendisse, Ro: Pontificis principatū a deo nō esse. Hic te dignis modis tractarem, nisi crederē te inuidia vexatū, nō bene cernere quid dicas, credo in q̄, te, per nō esse a deo, intelligere, nō esse iure diuino. Sic em̄ verba iuris Canonista & Rhetor pulcherrima Chria & glosa explicas. Alioquin quid poteras in me blasphemio mē tiri, q̄ q̄ Ro: pontificis principatū, diceres, Martino p̄bari, nō a deo esse, id est a diabolo? Et sane tua cetera perpendēs, cū videam te pessima in me machinari, ppe huc feror, vt te voluisse hęc mihi labem inspurcare credā, q̄ em̄ imprudens sibi est inuidia, tam astuta est in aliorū mala, verū tam ē interim doctore Christo mitiore illud dictū volo sensu accipere, donec te prodas latius.

Quis autē tibi meā suppellectilem vniuersam ostendit, mi Emser? q̄n̄ meas apothecas oēs plustrasti? Nihil reliquū mihi est qd̄ huc possim admoliri? adeo tibi visus sum Lipsiæ oīa effudisse, om̄ia versasse, vt iuxta Salo: vir ille stultus fuerim, qui effundit spiritū suū totum. Sapiens autē seruat in posterū? An nō Ecciesius tuus potius hoc fecit, totos quatuor dies, nubes Bullarū suarū in me vrgens, cui ego vix vno die oppugnator

fui, q̄ anxie anhelas, Becco tuo, arcū trisp̄phalem statuere, & nō
penſitas te cū, q̄ te, & ars & sumptus deficiant, Quid ſi Lipſie
vix dimidiū effuderim: Nūquid ibi de autoritate Concilioꝝ
tractatū eſt: nūquid actū liber in hanc rem ſicut oportuit ex-
aminatus eſt: Quid Eccius protulit noui, qđ non paſſim in
ſummiſtis & ſententiarijs, etiā inuati Theologi legūt: Hæc enī
eius p̄culcata & exelaiam diu argumēta, mihi reddiderūt diſ-
putationē oīm, quas viderim moleſtiſſimā, deniq; indigna
bar Carlſtadio, tam diuites & vberes proferenti ſolutiones ad
puluerulenta & triualia illius argumenta, breuiter nec affui
vllī diſputationi, a qua libentius abierim, Qui anhelos ſpiritu
adueneram, nouos cęleſtis numinis ſuccos guſtare, & Ecciu vo-
biſcū miracula facturos videre, Deniq; cur illud vnicū meum
de Niceno Concilio argumentū in hūc diem, nec ip̄e, nec vti
illū ſtudioſe iuuantes, ſoluere poſſunt: Quoties ille garrige de
Gręcis, hæreticis, & ſchiſmaticis, hoc inuictū argumentū eluſus
us, ſed nūq̄ potuit: Stat enī ſtabitq; ſemper Nicenos patres cū
vniuerſali Eccleſia eſſe hæreticos, ſi Ro: Pontificis primatus ſit
iuris diuini, qui contrariū ſtatuerunt articulo Conſtantię
Conciliij, in quo vnicū erat filius robur, qđ tū quid valuerit,
& tūc ſatis oſtendi & adhuc ſatis potero oſtendere, nec enī Co-
ciliū Nicenū in oīmibus hūc pertinentib; articulis eſt diſcuſſū.
Hoc enī erat mihi Tydęus aduerſus multos ſeneos & ſtipulas
ceos milites, cū viderem tanto oīm ſtupore montes parturien-
tes, nō niſi ridiculū murē edere, diſplicuitq; mihi t̄pis perditio
tantī, vna enī hora potuiſſet hoc negocij cōfici, niſi ſarragines
& feces, ſūmiſſarū fere oīm recitante Becco, oportuiſſe audire,
ne videremur (quā ſpeciem ſemper & acutiſſime obſeruabatis)
nolle aut non poſſe diſputare.

Sed vt ſaltem tu credas me adhuc poſſe aliqd, nec eſſe ex-
hauſtū, Adijciam & ego Coronidē tuę non diſſimilē, & forte
v̄ſimilē diſputatē, de primatu iſto magnifico, Aduerte itaq;

Quid ſi Matthias nouiſſimus Ap̄loꝝ fuerit, & ſit primus
Ap̄loꝝ: Hoc enī tibi facile perſuadebo, modo mihi p̄mitas
ſacras literas more tuo & Eccij tractare, Nam iuxta Euangelij
nouiſſimi ſunt primi, & primi nouiſſimi, quare Petr; velleſt cū
ſit primus, erit nouiſſimus, & Matthias meus cū ſit nouiſſim;
erit primus.

Cui accedit & illud robuſti firmamenti, qđ in locū Iudę
traditoris aſcitus eſt, qui velut pater diſcupuloꝝ erat, & oculos
nomus Ch̄i, ſuper illos, ſicut ſuper familiā eius inſtitutus, qui
portabat ea q̄ mittebātur, nec aliter bona Ap̄loꝝ, & patrimoꝝ

nia Christi habuit & dispensauit, q̄ hodie Ro: pōtifex Ep̄orū,
sacerdotū, monachorū, imo & regū & principū dispensat, ita
vt videatur vere secundarius summus Eccl̄ie pontifex fuisse, &
antecessor Ro: pontificis, cū cuius officio plus cōuenit, q̄ vll̄
aliorū, Ap̄lorū, Ergo Mathias est vere Papa & vicarius Ch̄ri
cū iuxta Aristotelē, idem natū facere sit idē, & ex effectu causa
cognoscatur.

Sed & hoc vrget q̄ in psalmo Christus cū ducē appellat,
dicens, tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus, q̄
de nullo Ap̄lorū dicit, his adde, q̄ de nullo Ap̄lorū scribit̄ Ep̄
iscopatus dignitas, q̄ de Iuda & Matthia, dicente Petro, Act. i
Et Ep̄atū eius accipiat alter, sed & illud Iohan: vi. Vnus ex vo
bis diabolus est, vnus hebr̄a lingua significat primus. Gen. i
Factū est vespere & mane dies vnus, Et Mat. xxvi. Vna sabbas
torū, i. primā. Si ergo solus iste Ep̄us, dux, prim⁹, & econom⁹,
quid restat, nisi esse vicariū Christi?

Addemus ratiōnē, fere semper hī qui ceciderūt, erāt primo
loco positi, vt Lucifer, Adā, Cain, Esau, Ismael, Ruben, Onan
Saul, Amōn, & multi eiusmodi, Q̄ d̄ sc̄m̄ ē, vt superbo tero
reret deus, & humiles exaltaret, Quare & Iudas a primo loco
cecidisse videtur, Vnde & Ap̄ti de nullo minus suspicant̄,
q̄ esset Ch̄m traditurus, q̄a erat vnus, i. singularis & principas
his de duodecim, Vides mi Emser suppellectilē meā nō dū torā
tibi visam, & hęc nō minorē h̄e speciē, quā v̄a optima, quid
putas facerē, si sicut vos, per petrā, primatū, per pascere, Monar
chiā, & similia q̄ vultis intelligitis, eodē ore scripturas vellē
deprauare, Quid si vos tam verisimilia habuistis?

Sed hucusq̄ cū inuidia & aduersarij cōis machina egerim⁹
Nūc rogo, me patiēter audias p̄ cōi n̄ra p̄fessione, De Romāis
& Boem̄is fabulā agim⁹, obsecro, posito vtriusq̄ partis studio ag
gamus, Volo & ego Ro: pontificē esse primū eim, & quē res
uereant̄ oēs, nolo Boem̄orū schisma. Verū esse Ro: pontificē
iure diuino superiorē, nulla rōe credā, nec vnq̄ confitebor, Vis
scire qua causa? Audi, A multis iā annis id q̄ sitū ē p̄ Ro: pon
tifices & adultores eorū, vt essent iure diuino supra Cōcilij, &
sup oēs i tota Eccl̄ia, sup ip̄am q̄q; v̄lem Eccl̄iam, Quid pu
tas hac industria q̄rebāt? Nēpe cū eū quis iure diuino supior,
nō liceat iudicare, reformare, emēdare (vt sentiūt) iā q̄dlibet au
dedi i oib⁹ regnaret p̄tās, sicut ē dies hęc, stareq; in Eccl̄ia dei,
horrēdū illd̄, vt Oseas dicit, & abominatio illa i loco sc̄to, scz i
p̄iūta neq̄tia & peccādi secura licētia, Qua q̄d fieret, nisi Eccl̄ie

vastitas & desolatio: hac em̄ potestate quę ad edificacionem
solū data est, molirent aliud nihil q̄ destructionē.

Cū vero nos om̄es Christo, idest veritati & iustitię plus des
beamus, q̄ vlli hominū, certū est, erranti & impio pontifici p̄s
ferendam veritatē & iustitiā, Atq; ita penes quē fuerit hec veritas
& iustitia, Christus, hic superior est pontifice, debetq; pon
tifici tū resistere, tū eū monere, & emendare, Alioquin reus erit
peccati in Christū, cui p̄tulerit hominem, veritatiq; iniquitatē.
Hęc vides quid faciant: primū impijssimorū adulatorū dā
nant sententiā, qui peccanti pontifici lallant, non licere dicere,
cur ita facis: sed sola oratione ad deū pro eo gemendū. Quid
hij molitūtur, nisi vt verbū dei taceamus a facie iniquitatis, & ho
minē p̄feramus Christi p̄cepto: Deinde nūt eorū impia do
ctrina, nō licere eū, qui superior est, iudicare, sicut quędam des
creta pontificū nugant, Obscuro cur non licet iudicare, an q̄
superior est: At verbū dei super om̄s est, quod si habet inferior
& non superior, cedere debet superior inferiori, sicut dicit i.
Cor. xiiij. Quod si revelatū fuerit sedenti, prior taceat, Ne illi
ps. xiiij. audiat. Consiliū in opis confunditis, quia dñs spes eius
est. Nonne p̄phetę erant inferiores regibus & sacerdotib⁹, aut
eos iudicabāt, rephendebant, emendabant, vt etiā de Hieremia
scriptū sit, q̄ sic constitutus super gentes & regna, vt euellat &
plantet, destruat & edifice. Adde q̄ p̄tās i Ecclesia nulla ē, nisi
pro coercedo peccato, qđ liget & soluat, quare vbiq; p̄tās
est, ibi p̄tati eiusmodi locus est, iuxta Matt. xvij. Si peccauerit
in refrater tuus, nec hic vllus pontificū potest collum excutere,
quasi in vno alicuius peccato, non ligat aut soluit potestas, in
nullo alio valebit, & euacuata est penitus, cum nulla sit ratio
diuersitatis.

Atq; hic audacter loquar, & quod tu cū adulatorib⁹ Ro:
Pontificis vehementer sis admiraturus, ac forte hęresim des
niturus, dico, pōtiffices primo teneri sub p̄tō mortali & reatu
ęternę damnationis, vt resistant pestilentib⁹ his monstris Ro:
Curie, quibus passim venditur om̄ia Christi, exuguntur pos
puli, vorantur Ep̄atus palliis, sacerdotia annatis, nec eos vilo
pacto excusat superioritas Papę, quia plus debet, supmo om̄i
Christo, i. veritati, quā vbi videt per Papam pessundari, & nō
succurrūt, rei sunt omniū malorū, q̄ Papa vel volēdo vel dis
simulando facit, idem pertinet ad nos om̄es, nā equo debito
sumus Christi glorię obstricti, nisi qđ illud Pauli obseruandū
est primo, Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patre, verū

vbi obsecranti non cesserit, quid aliud putas faciendū suades
bit, nisi hereticū hominē deuita: Nō potestas Papę aut alicuius
Episcopi in Ecclesia dñatur, sed verbū dei, qđ nulli est alligatū
oim liberrimū, rex regū & dñs dominantū, Ptās Papę, seruit⁹
est, non dominiū. Hinc multis nominib⁹ commendanda est
vniuersitas Christianissima Parrhisiensis, quę plus principis
omniū veritatis & dñantis in Ecclesia verbi, q̄ seruientis po-
testatis per verbum cōstitutę, cura sollicita, Leonis decimo, vel
potius sub nomine Leonis, x. adulatoribus furentibus, appela-
tione interposita, resistit coram omib⁹, sicut Paulus Petro Gal.
ij. Atq; vti nam ex ēplo isto Christianissimo, ita facerēt singuli
Ep̄i, singuli Abbates, pastores, principes, magistratus, deniq;
singuli Christiani, quoties ex vrbe sub nomine Papę viderent
monstra aduersus Euangeliū Christi prodire, Euāgelio enim
imprimis ab omnibus astandū est, nulli cedendū, nulli cōni-
uendū, nulli fauendū, qui contra Euangeliū Christi quicq̄ mo-
liatur, nec patri nec matri, sicut dicit. Qui amat patrem plusq̄
me, non est me dignus. Qñ em̄ Papa patitur vt contra se agat
pro Ep̄o: Nōne tanq̄ superior p̄ferri vult Ep̄o in omib⁹; cur
ergo non & Euangeliū p̄ferri sibi patiat, & scđm id iudicari
apud quęcūq; tandem fuerit inuentū? An Euangeliū cedere
volet, vt sibi obtemperetur? Absit, nisi velit non inter Chri-
stianos pastores, sed inter paganos tyrannos haberi, tūc em̄ illđ
dicitur Apl'i. Quid mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nōne
& vos de ijs q̄ intus sunt iudicatis?

Stat ergo Christianę vitę regula, iuxta Petrū, vt oēs inuicē
insinuemus humilitatem, omnes dicens, neminem excipit, nec
humilem esse sufficit, sed insinuari & ostendi debet in opere &
veritate. Sed & B. Grego. p̄clarissime dicit in decretis, omnes nos
esse equales, sola culpa facit inferiores, sicut & ps̄ dicitur, Illic
sederūt sedes in iudicio, Quare vbi culpa est, ibi iam iudicij lo-
cus est, & inferior est, qui eam habet, oībus, qui non habent.
Nonne & hoc aliqñ Ro: pontifices exhibuerunt, qui accusati,
expurgati, damnati sunt aliorū iudicio? Quis est ergo nouus
iste furor, hoc iure diuino statuere, vt peccatū in Ecclesia impu-
nitū regnet titulo maioritatis? An ius diuinū faciūt patrociniū
impietatis? Deniq; Pontifex non est dñs Ecclesię, sed seruus &
economus, ip̄a dñā & regina, solus Christ⁹ dñs, nec ē sponsus
sicut quidam garrunt, Christus sponsus est. Ideo Ecclesia, q̄ ē
vnū corpus cū sponso suo, dñā est omniū aliorū membrorū,

nec vlli membro subiecta, nisi vni suo sponso, cetera omnia
sibi subiecta sunt tanq̄ reginę sponse.

Da ergo Ro: Pontificibus quodlibet seruilis prętis, modo
ne mihi iure diuino talem statuas, qui nulli sit subiectus siue bo
nus siue malus. Hoc em̄ illi querunt impij iuris diuini violatores,
Crede mihi fortiter, nisi hanc potestatem iure diuino se statueret
posse viderint, sed cuilibet Christiano, vbicunq̄ contra Euangeliũ
egerint, subiectos se audierint, futurũ est, vt nec iure diuino
nec humano velint Monarchę Ecclesiastici esse. Quis enim in
tanto loco, tot dn̄s velit subiectus esse: nec dubites, plures tũ
reperi, qui impugnent, Monarchiã nequaquam esse iuris diuini,
q̄ nũc sint, qui propugnent, tũ mea sententia satis secuta erit.


At dices hac ratione nullus Ep̄us erit iure diuino superior
& nulla erit in Eccl̄ia p̄as aut maioritas. Dico certe, nulla est
maioritas, quia hanc Christus prohibuit. d. qui vult esse maior,
sit vester seruus. Pręas autē seruitus & ministerium est, ideo longe
aliud est potestas Eccl̄ię, q̄ pręas mundi, illa seruendi, hæc dos
minandi potestas est. Sic Ap̄tus, Qui Ep̄atũ desiderat bonũ
opus desiderat, bonũ opus, inquit, At opari seruorum est &
operari orũ, Nũc dicunt, bonũ opus, i. bonum ocũ. Mihi vero
hoc tpe satis est ostendisse ius diuinum, non hoc tribuere Ro:
Pontifici, quod illi ius diuinũ intelligunt, id est nulli subiectũ,
ne veritatem quidem habenti, & esse impunitę licentię, volũ
tarięq̄ libidini peccandi p̄ omnibus Christianis traditũ, quę
oportet p̄ omnibus esse ligatũ, subiectũ & seruitũ.

Q̄ si dices, & si hominem licet emendare, tũ locus ipse est
iure diuino superior. Hic in meum campũ venio, vt ostēdam
talem esse locũ superiorem, quẽ nullus vnq̄ vellet obtinere,
longeq̄ aliud esse, locũ esse superiorẽ, & iure diuino superiorẽ
esse, Sed hæc suo tempore.

In fine, mi Emser, videmus huius infelicis disputatiõis
eũ esse finem, qui tali dignus est disputatione, nempe quẽ Ap̄
postolus i. Timo. vi. descripsit. d. Siquis aliter docet, nõ acqui
escens sanis sermonib⁹ dn̄i nr̄i Ihesu Christi, & ei que szm pie
tatem est doct̄ing, superbus est, nihil sciens, sed languens circa
quęstiones & pugnas verborũ, ex quibus oriũtur inuidię, cõ
tentiones, blasphemię, suspitiones malę, conflictationes hoĩm
mente corruptorũ, & qui veritate priuati sunt, existimantium
quęstũ esse pietatũ. Vides inq̄ ita nostrã hanc disputationem
esse depictam, vt nec Apelles possit ita depingere, vnum nos


peccauimus, q̄ nesciebamus nos esse in medio luporū, & verū
fecimus Euangeliū Christi, Nolite sanctum dare canibus, neq̄
mittatis margaritas vestras ante porcos, ne conculcent eas pes
dibus suis & canes conuersi dirūpant vos, Hoc nobis ap̄d vos
contigit, quando ergo hunc sinem videmus, quid necesse est
malo malū addere? Oremus potius dñm cōmuniter, vt quod
in contemptū & p̄iudiciū veritatis cessit, nostris meritis, Rursū
ipsius misericordia veratur in perditionē inuidiē & vanę glo-
rię, quę tam impudenter ibi quęsita est, vt mihi timor sit mag-
nē alicuius futurę irę dei, Deinceps cū his disputabo, qui veri-
tatem plus q̄ gloriā amant, Aut si oīno mittendus sum in
mediū luporū, Dabit dñs benignitatē, vt simplicitatē colūbę,
& prudentiam serpentū conseruem, hoc est, ne lēdā nec lēdar,
Sapiens in bono, & simplex in malo, qualem nisi nūc me vo-
luissē p̄stare, putas, q̄tiste potuissē onerare nominibus te
dignis: vix credas quot sales, quot Ironias, quot scōmata in te
mihi meus Adam suggererat, quę rursus Christus meus op̄-
primebat, q̄ nō desperaret te positurū inuidiā tuā, & deinceps,
(si quid restat) agnū potius q̄ capricornū scripturum, vel id
saltem moliturū, in quo liceat in Genij & eruditionis specimen
videri, atq; si non pio, tñ studioso lectori prodesse, Quid ro-
go, mihi t̄pus & opera perdenda sunt, in Indulgentiis & p̄tate
Ro: Pontificis, rebus ad fidem dei, ac salutē nr̄am, p̄dis diapas-
son impertinentibus: scz adeo infœlico sculo viuimus, per-
didit eadem infœlicitate Iohannes Reuchlin, iam multos an-
nos p̄pter causam, q̄tomagis intueor, eque, aut etiā magis friv-
uolam, vt mihi in mea causa sit, hoc exempli magno horro-
ranta maria p̄stōg, tot detractio nes, tot studia emulatio nis, vt
sumptus & labores omittam, proruisse, ex ista lana caprina,
quę siue victa siue victrix prorsus nihil Ecclesię & salutē anīarū
cōferre possit. Ecce quantillus ignis, quātā syluā succendit, ait
Iacobus, Veruntñ, ve inquietis illis huiusmōi malorū Satanis
sine causa insanientib⁹ i fraternā salutē, Timeamus q̄so & nos
similē, aut etiā maiorē tragediē huius calamitatē, Silere cū pa-
cificis sepius optaui, verū cōtra clamoros & furiosos, satis ad-
huc mihi viuax est fiducia largitore Christo, Amare volo oēs,
formidare neminem, VALE.

Impressum Vuittenbergē per Ioannē Grunenberg,
ANNO, M. D. XIX.



abu
mus,
dens
i, ort
& ad
oftra
cele
o die
pre
i, ve
er &
aliter
illers
o tã
aliter
dire
nfo
p cū
ecas
nter
udis
Acta
die
Ma
ecle
estis
bert
icte

Do
eurs







Th
6116